



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De suscipientibus hoc sacramentum. Quæstio 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

ratione animæ magis perficiatur, vt avaritia; vnde n  
peccata sunt quali media inter spiritualia & carna  
& ideo oportet, quod eis etiam aliqua satisfactio  
spondeat propria, scilicet eleemosyna.

Ad tertium dicendum, quod quamvis singulis  
rum trium per quamdam conuenientiam singulis pe  
catis approprientur, quia congruum est, vt in quo  
peccauit, in hoc puniatur; \* & quod peccati comp  
si, per satisfactionem radix absindatur: tamen que  
libet horum pro quolibet peccato satisfacere pos  
t. Vnde ei qui non potest vnum ex his perficere, im  
pedit aliud, & præcipue eleemosyna; quæ alter  
vices supplere potest, in quantum alia satisfactio  
opera per eleemosynā quisque sibi mercatur\* co  
daminando in illis quibus eleemosynam tribuit. In  
non oportet quod si eleemosyna omnia munda  
cata, propter hoc alia satisfactiones superflua  
nt.

Ad quartum dicendum, quod quamvis sint ma  
ta peccata in specie, tamen omnia ad illas tre  
dices, vel ad illa tria peccatorum genera, quibus  
ximus \* dictas satisfactiones respondere, reduci  
ntur.

Ad quintum dicendum, quod quicquid ad afflic  
tionem corporis pertinet, totum ad ieiunium refer  
tur & quicquid in proximi utilitatem expenditur, res  
eleemosynæ rationem habet: & similiter quacun  
cilia exibetur Deo, orationis accipit rationem.  
ideò etiam vnum opus potest habere plures rati  
satisfaciendi.

## QVÆST. XVI.

*De suscipientibus sacramentum pœnitentie, in  
artiulos diuisa.*

**D**EINDE considerandum est de suscipientibus  
sacramentum pœnitentie.

- ¶ Circa quod queruntur tria.
- ¶ Primo, vtrum pœnitentia possit esse in inno  
cibus?
- ¶ Secundo, vtrum in sanctis, qui sunt in glori  
a,
- ¶ Tertio, vtrum in angelis, seu bonis seu male  
ficiens.

*Vtrum pœnitentia possit esse in innocentibus?* 62

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod in innocentibus pœnitentia esse non possit. Quia pœnitentia est, commissa mala plangere. Sed innocentes nullum malum commiserunt. Ergo in eis pœnitentia non est.

**¶ 2** Præterea, Pœnitentia ex suo nomine importat pœnam. Sed innocentibus non debetur pœna. Ergo non est in eis pœnitentia.

**¶ 3** Præterea, Pœnitentia in idem coincidit cum vindicativa iustitia. Sed omnibus existentibus innocentibus, vindicativa iustitia locum non haberet. Ergo nec pœnitentia: & ita non est in innocentibus.

SED contra, Omnes virtutes simul infunduntur. Sed pœnitentia est virtus. Cum ergo in baptismo innocentibus infundantur aliae virtutes\*, infunditur etiam & pœnitentia.

**¶ 4** Præterea, Ille qui numquam fuit infirmus corporaliter, dicitur sanabilis. Ergo & similiter ille qui numquam fuit infirmus spiritualiter. Sed sicut sanitas in actu à vulnera peccati, non est nisi per actum pœnitentia: ita nec sanabilis nisi per habitum pœnitentia. Ergo ille qui numquam habuit infirmitatem peccati, habet habitum pœnitentia.

RESPONDEO dicendum, quod habitus medius est inter potentiam & actum. & quia remoto priori, remouetur posterior, non autem è conuerso: ideo remota potentia ad actum, remouetur habitus, non autem remoto actu. Et quia subtractio materiæ tollit actu, propter hoc, quod actu non potest esse sine materia in quam transit: ideo habitus alicuius virtutis competit alicui, cui non suppetit materia, propter hoc quod suppetere potest, & ita in actum exire. Sic ut pauper homo potest habere habitum magnificentie, sed non actu\*: quia non habet magnitudinem diuitiarum, quæ sunt materia magnificentie†, sed potest habere. Et ideo cùm inaocentes in statu inno-

Tho 4. d.  
14. q. 1.  
art. 1. q. 2.  
¶ seq.

ut dici-  
tur in 3.  
p. q. 69.  
art. 6.

\* ut dici-  
tur in  
2.2 q. 135  
art. 3. ad  
4.

† ut ibi-  
dem in  
corp. di-  
citur.

154 Q U A S T . XVI . A R T . I .  
innocentiae non habeant peccata commissa , quia  
materia penitentiae , sed possunt habere : atque po-  
nitentiae in eis esse non potest , sed habitus potest :  
*\*ut dictum*

*eñ 2.2. q.* Ad primum ergo dicendum , quod quamvis non  
110. art. commiserint , possunt tamen committere . Et ideo ei  
3. q. 4. et habitum penitentiae habere competit . Sed tamen  
3. p. q. 62 habitus iste numquam in actum exire potest , nisi  
art. 2. teneat respectu venialium peccatorum : quia peccata  
mortalia tollunt ipsum . Nec tamen est frustra : quod  
est perfectio potentiae naturalis .

Ad secundum dicendum , quod quamvis non  
debita in eis pena actu , tamen in eis possibile  
aliquid esse , pro quo eis pena debeatur .

Ad tertium dicendum , quod remanente potestate  
ad peccandum , adhuc haberet locum vindicationis  
iustitia secundum habitum : quamvis non secundum  
actum , si peccata actu non essent .

## A R T I C . II .

Vtrum sancti homines , qui sunt in gloria , habent  
penitentiam ?

63

*l. 4. mor.  
circa fin.  
lib.*

**A**D secundum sic proceditur . Videtur , quod san-  
cti homines , qui sunt in gloria , non habent  
penitentiam . Quia sicut dicit Gregorius in \*Moralibus  
Beati peccatorum recordantur , sicut nos sancti sine  
dolore dolorum memoramur . Sed penitentia est  
dolor cordis . Ergo sancti in patria non habent peni-  
tentiam .

**¶ 2** Præterea , Sancti in patria sunt Christo con-  
formes . Sed in Christo non fuit penitentia , quia  
nec fides , quae est principium penitentiae . Ergo non  
in sanctis in patria erit penitentia .

**¶ 3** Præterea , Frustra est habitus , qui ad actum  
non reducitur . Sed sancti in patria non penitentia  
actu , quia sic esset eis aliquid contra votum . Ergo  
non est in eis habitus penitentiae .

SED contra , Penitentia est pars iustitie . Se-  
junctum

iustitia est perpetua & immortalis, & in patria remanebit. Ergo & pœnitentia.

¶ Præterea, In virtutis patrum legitur à quodam patre dictum, quod etiam Abraham pœnitentia de hoc, quod non plura bona fecerit. Sed magis debet homo penitere de malo cōmisso, quam de bono omissio, ad quod non tenebatur (quia de tali bono loquitur.) Ego erit ibi pœnitentia de malis commissis.

RESPONDEO dicendum, quod virtutes Cardinales remanebunt in patria, sed secundum actus quos habent in fine suo: & idem cum pœnitentia virtus, sit pars iustitiae, qua est virtus cardinalis, quicumque haber habitum pœnitentia in hac vita, habebit in futura: sed non habebit eundem actum quem nunc habet, sed alium, scilicet gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.

Ad primum ergo dicendum, quod illa auctoritas probat, \* quod non habent eundem actum quem *El Greco* habet pœnitentia: & hoc concedimus.

Ad secundum dicendum, quod Christus non potuit peccare: & idem materia hujus virtutis non competit sibi nec actu, nec potentia: & propter hoc, non est simile de ipso & de alijs.

Ad tertium dicendum, quod pœnitere propriè loquendo, prout dicit actum pœnitentie, qui nunc est, non erit in patria: nec tamen habitus frustra erit, quia alium actum habebit.

Quartum concedimus. Sed quia quinta ratio probat quod etiam idem actus pœnitentie erit in patria, quimodo est:

Ideo dicendum Ad quintum, quod voluntas nostra in patria omnino erit conformis voluntari Dei. Vnde sicut Deus voluntate antecedente vult omnia esse bona, & per consequens, nihil esse mali; non autem voluntate consequente: ita etiam est de beatis. Et talis voluntas impropriè dicitur ab illo sancto patre pœnitentia.

A R.

Vtrum angelus sit susceptius pœnitentis?

**A**d tertium sic proceditur. Videtur quod eis pœnitentie. Quia timor est initium pœnitentie. Sed in eis est timor, Iac. 2. Dæmones credunt, & commiscuntur. Ergo in eis potest esse pœnitentia.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in 9.\* Ethicorum quod pœnitudine replentur mali: & haec est maxima pœna eis. Sed dæmones maximè sunt praui, nec alii qua pœna eis deest. Ergo dæmones possunt pœnitere.

¶ 3 Præterea, Facilius mouetur aliquid in eis quod est secundum naturam, quam in id quod est contra naturam: sicut aqua, quæ per violentiam calefacta est, etiam per seipsum ad naturalem proprietatem reddit. Sed angeli possunt mutari in peccatum, quod est contra communem naturam eorum. Ergo multo fortius possunt reuocari in id quod est secundum naturam. Sed hoc facit pœnitentia. Et sunt susceptibiles pœnitentie.

¶ 4 Præterea, Idem iudicium est secundum Damascenum de angelis, & de animabus separatis. In animabus separatis potest esse pœnitentia, ut quoddam dicunt: sicut in animabus bearis, quæ sumuntur in patria. Ergo & in angelis potest esse pœnitentia.

SED contra, Per pœnitentiam homo consequitur veniam de peccato commisso. Sed hoc est impossibile in angelis. Ergo non sunt susceptibiles pœnitentie.

¶ 5 Præterea, Damascenus dicit, quod homo fugitur pœnitentia propter corporis infirmitatem. Sed angeli sunt incorporei. Ergo in eis non potest esse pœnitentia.

RESPONDEO dicendum, quod pœnitentia in nobis dupliciter accipitur. Uno modo, secundum quod est passio: sic autem nihil aliud est, quam dolor vel tristitia de malo commisso: & quantum

cundum

naturam sed libet.

Et quod natione tui;

Et quod cum pœnitentia.

Ad eis geruntur.

Et quod cum pœnitentia.

Et quod cum p

secundum quod est passio, non sit nisi in concupisci-  
bili, tamen aliquis actus voluntatis similitudinariè  
pœnitentia dicitur, quo quis scilicet detestatur, quod  
facit: sicut etiam amor, & aliæ passiones dicuntur  
in intellectu appetitu. Alio modo accipitur, se-  
cundum quod est virtus: & hoc modo detestari ma-  
lum commissum cum emendationis proposito & in-  
tentione expandi, vel Deum placandi de offensa.  
commissa, est actus eius. Detestatio autem mali  
competit alicui, secundum quod habet ordinem na-  
turalem ad bonum. Et quia in nulla creatura talis  
ordo vel inclinatio totaliter tollitur: ideo etiam  
in damnatis talis detestatio manet, & per consequēs,  
pœnitentia passio vel simile: ut dicitur Sapient. 5.  
Intra se pœnitentiam agentes, &c. Et hæc quidem  
pœnitentia cum non sit habitus, sed passio vel actus,  
nullo modo in beatis angelis esse potest, in quibus  
peccata commissa non præcesserunt: sed in malis  
angelis est, cum sit eadem ratio de ipsis, & de ani-  
mabus damnatorum: quia secundum \* Damascen. 1.2. orth.  
Quod hominibus est mors, hoc angelis est lapsus. fidei. c. 4.  
Sed peccatum angelii est irremissibile. Et quia pecca-  
tum, ut remissibile est vel expiable, est propria ma-  
teria ipsius virtutis, quæ pœnitentia dicitur: ideo  
cum materia non possit eis comperere, non adeat eis  
potentia exeundi in actum, & ideo nec habitus eis  
conuenit: & ideo angeli susceptui virtutis pœni-  
tentia esse non possunt.

Ad primum ergo dicendum, quod extimore in  
eis generatur aliquis pœnitentia motus, sed non  
quæ sit virtus.

Et similiter dicendum Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod quicquid in eis est  
naturale, totum est bonum, & ad bonum inclinans:  
sed liberum arbitrium in eis, est in malo obstinatum.  
Et quia motus virtutis & vitij non sequitur incli-  
nationem naturæ, sed magis motum liberi arbit-  
rij; ideo non oportet, quamvis naturaliter incli-  
nentur

153 QVÆST. XVI. ART. III.  
nentur ad bonum, quod mortis virtutis in eis sit  
esse possit.

Ad quartum dicendum, quod non est eadem  
ratio de angelis sanctis, & de animabus sanctis: qui  
in animabus sanctis præcessit vel præcedere posse  
peccatum remissibile, non autem in angelis: &  
quamvis sint similes quantum ad statum praesentem  
non tamen quantum ad statum præteritum, qua  
pœnitentia respicit directè.

QVÆST. XVI. I.

¶ Cœc. Tri. De potestate clavium †, in tres articulos divisas.  
Ies. 14. de sacramēto penit. Consequenter considerandum est de potestate  
can. 15. ministrorum huius sacramenti, quæ ad clau-  
Extrau- pertinet. Circa quod primo videndum est de clau-  
quia quo rumdam ius. Secundo, de excommunicatione. Tertio  
de verbo- indulgentia: hæc enim duo sunt annexa potestate  
rū signif. clavium. Circa primum consideranda sunt quæcun-  
Primo, de entitate & quidditatè clavium, & viatu-  
rum. Secundo, de effectu earum. Tertio, de ma-  
stris clavium. Quarto, de his, in quibus potestate  
erit usus clavium.

¶ Circa primum queruntur tria.

¶ Primo, vtrum claves in Ecclesia esse debeant?  
¶ Secundo, vtrum clavis sit potestas ligandi, au-  
soluendi, &c.

¶ Tertio, vtrum sint duas claves, vel tantum una?

ARTIC. I.

¶ Vtrum claves in Ecclesia esse debeant? 65  
Tho. 4. 2. Ad primum sic proceditur. Viderit, quod claves  
18. q. 1. et in Ecclesia esse non debeant. Non enim re-  
sequenti. runtur claves ad intrandum domum, cuius ostium  
apertum. Sed Apocal. 4. dicitur, Vidi, & ecce  
celo ostium apertum, quod Christus est, qui de  
ipso dicit, Ioan. 10. Ego sum ostium. Ergo ad  
intratum cœli, Ecclesia clavibus non indiget.

¶ 2 Præterea, Clavis est ad aperiendum & clo-  
endum. Sed hoc solius Christi est, qui aperit.  
nemo claudit: claudit & nemo aperit: Apocal.